



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XXVIII De inferno, quod subtus terra e[ss]e credat[ur].

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB

quendam sapientē dicitur: Altissimus em̄ est patiens redditor. Patiens em̄ redditor dicitur, quia p̄ctā hominū patitur & reddit, Nam quos diu vt conuertā-
Ans. tur tolerat, non cōuersos durius damnat. Ergo qui æterno vult sine fine carere supplicio, necesse est vt dei sine intermissione obediat p̄cepto.

De distantia perpetuitatis bonorū scilicet & malorum. Caput XXIII.

Post resurrectionē vero factā vniuerso impleto iudicio suo fines habebūt ciuitates duæ, vna scilicet Christi, altera diaboli, vna bonorū, altera malorū, vtraq; tñ & angelorū & hoīm. Istitis voluntas, illis facultas non poterit vlla esse peccādi vel vlla cōditio moriendi. Istitis in æterna vita vere feliciterq; viuentibus, illis infeliciter in æterna morte sine moriendi potestate durantibus, quō vtriq; sine fine sed in beatitudine isti, in miseria vero illi, vt iam nec remunerati præmiū finiant, nec damnati supplicium. Quandoquidē propterea incorruptio & immortalitas dabitur, etiā corporibus miserorum, vt nec ipsi æternā p̄nam finiant, nec ipsos cōsumat immortalis p̄na, sed puniat. Ideo beata incorruptiōe & immortalitate iustorū corpora donabuntur, vt & ipsi in gloria, & in ipsis gloria æterna permaneat.

De inferno, quod subtus terram esse creditur. Caput XXIII.

Nonnulli namq; in quadā terrarū parte infernū esse putauerunt, alij vero hunc sub terra esse existimant, sed tñ hoc animum pulsat, quia

LIBER TERTIVS.

Idcirco infernū dicimus, quia inferius iacet: quod terra ad cælū est, hoc esse inferius debet à terra. Vnde & fortasse per Psalmistā dicitur: *Liberasti animā meā* Psal. 35, am ex inferno inferiori. Infernus superior terra, infernus vero inferior sub terra esse videtur. Et Ioannis vox in ea estimatiōe cōcordat, qui cum signatū Apoc. 5. librum septē sigillis vidisse se diceret, quia nemo inuentus est dignus neque in cælo neque in terra, neque sub terra aperire librum, & soluere signacula eius, adiunxit: Et ego flebam multū. Quē tñ librum postmodū per leonē de tribu Iuda dicit aperiri. In quo videlicet libro quod aliud quā sacra scriptura signatur, quā solus redemptor noster aperuit, qui homo factus moriendo, resurgēdo, ascendendo cuncta mysteria, quæ in ea fuerāt clausa, patefecit. Et nullus in cælo, quia neque angelus, nullus in terra, quia neque homo viuēs in corpore, & nullus sub terra dignus inuentus est, quia neque animę corpore exuta aperire nobis, præter dñm, sacri eloqui secreta potuerūt. Cum ergo ad soluendū librum nullus sub terra nullus inuentus dignus dicit, quod obftet non video ut sub terra esse infernus credatur.

De Gehenna. Caput XXV.

Nomen gehennę in veteribus libris non inuenitur, sed primū à saluatore ponitur. Quare Beda. mus ergo quod sit sermonis huius occasio. Idolum Baal fuisse iuxta Hierusalem ad radices, montis moriæ, in quibus Siloa fluit, legimus. Hęc vallis & parui campi planities irrigua erat & nemorosa, plenaque delitijs, & lucus in ea idolo consecratos. In tan-